

ARTIFICIVM RHETORICVM CVM SCHOLIIS DRESSERI.

Ὀλίγοι, pauci] Exordium ex temporis & loci circumstantia. Πρό-
παισις est: Pauci in hoc die festo sanctorum martyrum veniunt in
templum.

ἀλλὰ τὸ, at viæ] Indagatio causæ paucitatis auditorum per oc-
cupationem & correctionem.

οἱ μάρτυρες, martyres] Amplificatio per comparisonem marty-
rum Christi, & suorum auditorum, ex majori.

θεόν ἐστὶ, par est] Attentionis locus, monens de rei, quæ agitur,
magnitudine. Estq; κατὰστασις sive propositio exhortationis.

ἀλλὰ ἁμαρτωλός, at peccator] Occupatio, quæ solvitur per in-
versionem.

τίς δὲ, quis verò] à genere.

ἢ οὐκ, an ignoras] à Sacerdotum exemplo.

ἀλλ' οὐκ, sed non] Anthyphora. Opponit enim peccato efficac
remedium, scilicet fiduciam misericordiæ Dei.

διὰ γὰρ, ob id] Causa finalis infirmitatis Sacerdotum, ut nimi-
rum infirmis æquiores sese præbeant.

πίσης οὐκ, quanta igitur] Comparatio studii in res profanas &
spirituales, ex minori.

καὶ πῶς, ac quo] urget interrogationibus & responsionibus, ut
torporem excutiat, & curam verbi divini excitet.

πῶς διώμαμι, quomodo possum] Quam diu verbum Dei conve-
niat audire, scilicet, quoad, quantum proficiamus, non pœnitebit.

Φάρμακον, medicamentum] Simile de applicatione medicamen-
ti ad locum affectum. Item de incisore lignorum.

ταῦτα λέγω, hæc dico] Vfus seu applicatio similitum, ad decla-
randam necessitatem & assiduitatem audiendi verbi divini.

εἰσῆλθεις, ingressus] Dignitas Ecclesiæ, quæ est congressio hominis
& Christi, unde, antequam dimittatur, discedere non licet. Forma
argumenti est ejusmodi: *Ex colloquio Christi non licet homini discedere,
antequam dimittatur.*

In Ecclesia congregitur homo cum Christo.

Igitur discedere ante dimissionem illam non licet.

C

εἰς